Monumentum sepulcri quondam Sacrae Regiae Maj:tis, summae fidei viri, senat...

Norrmark, Adam,

1700-1829 81Cbza Fol. 1714 Falkenberg

KUNGL. BIBLIOTEKET
National Library of Sweden

MONUMENTUM SEPULCRI

QUONDAM

SACRÆ REGIÆ MAJ:TIS,

SUMMÆ FIDEI VIRI,

SENATORIS

AC

SVEONUM DICASTERII REGII, QVOD STOCKHOLMIÆ EST,

PRÆSIDIS,

NEC NON

REGIÆ ACADEMIÆ ABOENSIS

CANCELLARII,

EXCELLENTISSIMI Atque ILLUSTRISSIMI

COMITIS,

DN. GABRIELIS FALKENBERG,

COMITIS IN SANDEMAR, LIB. BAR. IN ONSVIHOLM, DOM. IN SÖDERBY & OGSTAD,

Qui die XXX menſis Maji anni MDCCXIV Stockholmiæ pie obiit, & die III menſis Junii ejusdem anni ibidem ritibus conſuetis in æde ſacra inſulæ Equeſtris humatus eſt,

QUa ſedet æde palam ſolio vultuque verenda,
  Dum jura arctoo dividit orbe, Themis.
Huc lento venere gradu, quin jam nec eodem,
  Falkenbergiaci, numine ac ante, lares.
Eſſe nihil, credo, potuit dis triſtius illis,
  A luctu facies ſic miſeranda fuit.
Demiſſo capite atque oculis, ubi copia fandi,
  Hæc præ ſingultu vix potuere loqui.
Occidit heu, ſpes noſtra, Heros, Tua, Diva, Voluptas,
  Hujus & Ille Decus Præſidiumque fori.
Vis an dira mali, fati vel ademerit hora,
  Numina nos, Parcæ, ſcire ſevera vetant.
Nil opis in nobis, nil noſtra effecimus arte,
  At rapuit, reliquos quæ, Libitina, rapit.
Sic fatis quoniam conceſſit hic inclitus Heros,
  Diva ait, in cujus proditus ore dolor.
Vivet in æternum, nec noſtra laude carebit,
  Quo Tutore ædes hæc mea ſarta fuit.

Divi

Divi quaque Senis, modo leniter, oſſa, prementur,

Hæc ſic inſcriptum marmor habebit humus.

Falkenbergiaci qui fulſit ſanguinis ortu,

Et gentis titulos auxerat ipſe ſuæ,

Regis Amor Themidisque Suæ ſic dulce quieſcit,

A curis voluit ſic liber eſſe ſuis.

ADAM NORRMARK.